



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Furtum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

deuotione, vel se domi continere ex reuerentia.

Fructus, vide Beneficium.

FVGA.

1 **F**Vgeré non dicitur qui ad Superiorem vadit.

Furtum, vide Debitum, Eleemosyna, Inuentum.

1 **E**Xcusari à peccato furtum, ob grauissimam necessitatem, probabiliter quidam dicunt: alij ob solam extremam volunt, idque modo rei dominus non sit in eadem necessitate. *Ang. lib. de mer. dac. cap. 7. & 12. ob nullam excusat. Ego cum illis sentio, qui à diuite, qui tenetur huic pauperi subuenire, adiunt licere eam rem clam accipere.*

* *De furto Salon q. 66. Nau. c. 17. à numer. 1. D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 3. 4. Val. t. 3. d. 5. q. 10. p. 4. 5. Lopez p. 1. c. 92. 93. Sot. l. 5. q. 3. ar. 1. 2. 3. 4. Io. Med. de rest. q. 4. Tol. l. 5. c. 16.*

Tol. l. cap. 15. nu. 5. {Ego} Nauar. cap. 17. num. 118. Io. Med. c. de eleemos. q. 3. & de rest. q. 3. causa 1. imò tu, si nequeas opem ferre extreme egenti, potes à diuite rapere, vt ei succurras Nau. Med. l. c.

2 Excōmunicatio lata ob furtum, intelligitur si ex se sit mortale peccatum, scilicet rei

nota-

notabilis, non autem si per accidens, ut quia graue damnum dedit, aut molestiam.

* *Nau. l. c. nu. 3. Tol. l. 1. c. 6. nu. 13.*

3 Non est mortale clam ab eo accipere, qui daret, si peteretur etiam si clam accipi nolit; nec oportet restituere. * *Nau. l. c. num. 138.*

4 Clam à viro, aut patre rem non magnam accipere, non est futurum; quod si sit notabilis restituenda.

* *Syl. Furtum. num. 15.*

5 Si accepisti quod dubitas an tuum esset, debere te restituere, quidam aiunt, alij negāt; quòd in dubio melior possidentis conditio: quæ opinio locum nō habet quando res iam erat in alterius possessione.

* *Lege Naua. l. c. nu. 117.*

6 Qui damnum nullum dedit rem alienam accipiens, quia ea dominus non utebatur, non tenetur restituere, si nulli est domino sui futura.

7 Ex monte alieno ligno tollens, aut necessitate urgente, aut parum damni dando, non tenetur restitueri.

* *Tol. l. 5. c. 20. nu. 2. ex Sat. Lege Mol. d. 58.*

8 Qui per vices pauca alicui furatur, cum ventum est ad notabilem summam, tenetur ei restituere, etsi quidam id probabiliter negant: quando non fit ex intentione furandi totam summam.

* *Lopez p. l. c. 93. cum Soto, & Met.*

Vide

Vide de hac re *Couar. l. 1. var. c. 3. numer. in Arrag. q. 66. art. 6. Ioann. Medin. q. 10. de restitu. Corona. p. 1. c. 1. num. 27. furantem sæpè minimè mortiferè peccare, dicit *Nau. l. c. num. 139. negat, nisi cupiat magna surripere; teneri tamen restituere dicit, cum ad notabilem quantitatem peruenerit. vide *Tol. l. c. c. 16. num. 5. Sot. l. c. q. art. 3. ad 3.***

9 Qui per vim rapuit, tenetur etiam pro iniuria satisfacere. **Nau. l. c. nu. 95. D. T. 9.*

10 Si oblatam rem à fure domino is noluit accipere, ei perit, si sine furis culpa perit. **Syl. furtum 16.*

11 Acceptum à fure contractu oneroso, sufficit ei restituere, aut cui ille voluerit; etsi quidam velint, debere domino proprio restituere.

*Sufficit ei *Syl. Rest. 3. q. 5. Halensis. 4. p. 86. num. 3. Viet. cit. à Salon. l. c. art. 5. contr. 1. putante sententiam hanc probabiliorè Tol. l. c. cap. 17. in fine. Et si quidam *Couar. Reg. Peccatum 3. p. num. 3. Io. Med. C. de rest. q. 10. citati à Salon. distinguenta l. c.**

12 Si quod filius furatus est, expendat in utilitatem patris, potest de patris bonis restituere, itidemque vxor de bonis viri.

*Vt si sibi honestas vestes emat *Syl. l. c. 17. si malè erogauit, non potest, nisi habeat parapherna, vel peculium castrense, aut quasi. ibidem.*

33 Re deteriorata, tenetur fur ad æstimationem

nem eam in qua dominus ea fuerat vsurus, pereunte verò dabit eius pretium, deductis ijs, quæ expendit in eam cum domini voluntate.

* Vide *Syl. Rest. 3. §. 9. & l. c. numer. 16. Tol. l. c. cap. 17.*

Quæ quantitas furti m. p. constituat; iudicabit vir prudens.

Quæ domino rei notabile damnum simpliciter inferre potest, mortalis est. *Corona l. c. num. 28.*

Magnas diuitias possidenti tres argenteos auferre non erit m. pecc. *Sot. l. c. Nau. l. c. nu. 3. Coro. 16.*

Insigni Principi, aut Regi duos, aut tres aureos surripere erit m. p. vnum autem, veniale. *Ibidem.*

Viro neque diuiti, neque pauperi admodum, argenteum, vel iulium, vt vocant, furari, regulariter erit m. p. quod tamen non esse indiuisibiliter intelligendum vir prudens videbit. *ib. vide Na. Arrag. q. 66. ar. 6. putat quinque, aut quatuor argenteos in communibus personis ex natura rei sufficere ad mort. pec.*

GABELLA, VIDE CLERICVS,
Excommunicatio Bullæ Cæna.

Abellam potest imponere, qui Superiorem non habet in temporalibus,
M & cui